1810.

lere, Damna praefata Terrestria simpliciter taxata
Luere Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudi-
catum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successo-
res ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus,
Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exin-
de consequentes Causae eiusdem Terminos semper prim-
ptonos, extra infirmitate, pro maiori minorennitate
Successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio
militari, ad munimenta ad Curiam, vel aliis quibusvis
Dillationibus et Legalibus impedimentis non differendo.
ad quietationem praeterea ultra proximos officii prae-
fati Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos
Dillationem sibi non recipiendo, nullasque allationes
Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac
praemissa omnia Poenis simplicibus vel triplicatis, Eva-
sionibus, Suspensionibus, fatalis Iuris praescriptione Ter-
restri, bello, Conventioneque, ac aliis omnibus Iuris re-
mediis et defensis non subterfugiendo, nec commodo alio
quovis evadendo, Hac sua praesenti personali Recog-
nitione ad praemissa omnia mediante.

Hanska Stadnickim Con-
iugibus, vigore consensus
Sacrae Regiae Mtis cedit.

153 Comparens personaliter coram Officio Actisque prae-
sentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus
Generosa Anna Hanska, Generosi olim Gaspari
Hanski Consors derelicta Vidua, sana mente et corpore

existens a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni, quoad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam, libere, publice ac per expressum recognovit, Quam ipsa inhaerendo Literis Consensus Sacrae Regiae Maiestatis, sibi Recognoscenti ad infrascripta peragenda per Sacram Regiam Maiestatem gratiose collatis cum subscriptione manus eiusdem Sacrae Regiae Maiestatis et appressione Sigilli Minoris Cancellariae Regni, Officio praesenti reproductis. Quarum quidem Literarum Consensus Sacrae Regiae Maiestatis Tenor Verborum sequitur talis. Michael Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Smolensciae, Kioviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Severiae, Czerniechoviaeque. Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest Universis et singulis, Consensisse Nos ac permisisse, Consentireque ac permittere praesentibus Literis Nostris Generosae Annae Hanska Generosi olim Gasparis Hanski Consortis relictae, ut possit et valeat de omni ac integro Iure suo Advitalitio, quod ipsi super Villam Burczyce dictam in Palatinatu Terrarum Russiae, Terra vero et Districtu Premysliensi existentem servivit et competit, cedere, illudque in personas Generosorum Victorini de Zmigrod Stadnicki Subdapiferi Terrae Belzensis, et Teresiae de Tomislawice

1818.

Tomislawska Coniugum transferre ac transfundere,
Quod quidem Cessio Jurisque transfusio posteaquam
coram Actis quibuscunque authenticis Regni
facta et recognita fuerit, Nos eam ratam et gra-
tam habituri sumus, etiam eam quod praevio Consensu
Nostro peragatur. Vigore cuius Cessionis praesentisque
Consensus Nostri praedictam villam Burczyce praeno-
minati Generosi Victorinus de Zmigrod Stadnicki
Subdapifer Terrae Belzen et Teresia de Tomislawice
Tomislawska Coniuges cum omnibus Curiis, Areis,
Praediis, aedificiis, structuris, tabernis, molendinis,
ovilibus, apisteriis, stagnis, lacubus, fluminibus,
agris, pratis, campis, hortis, sylvis, nemoribus, rube-
tis, Subditis, Censibus, eorumque laboribus, utilitatibus,
commoditatibus, attinentiis et pertinentiis universis,
nullis plane exceptis, tenebunt, habebunt et possidebunt
bunt ad extrema vitae suae aut uno vita functo,
alterius superstitis tempora. Promittimus autem pro Nobis
et Serenissimis Successoribus Nostris, Nos esse Nos,
Serenissimosque Successores Nostros, ab usu et paci-
ca Possessione, praedictos Generosos Victorinum
Stadnicki, et Teresiam Tomislawska Coniuges
ambos in solidum amoturos, neque amovendi aut
alienandi cuipiam potestatem daturos, sed salvum
et integrum Jus Advitalitium illis omni meliori mo-
do conservaturos, Quod et Serenissimi Successores
Nostri praestabunt. Ratione cuius quidem Advita-
litatis primo Possessionis suae Anno, quadruplicem,
Sequentibus vero Annis, binam Proventuum Quartam

Rationem

Ranam quotannis inferre statis tempore tenebuntur Iuri-
bus Nostris Regalibus, Ecclesiae Catholicae, Reipublicaeq
salutis. In cuius rei fidem praesentes manu Nostra sub-
scriptas sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsaviae
Die IV mensis Maii Anno Domini MDCLXXI Regni Nostri
Anno secundo Michael Rex. Locus Sigilli Minoris
Cancellariae Regni Consensus ad Cedendum Generosis Stan-
ska de Villa Burczyce in Palatinatu Russiae Terra
vero et Districtu Premysliensi sita in Personas Gene-
rosorum Hadnichich Coniugum. Stephanus Hankiewicz
Sacrae Regiae Maiestatis Secretarius, De omni et inte-
gro Iure suo infrascripto advitalitio quod sibi Reco-
gnoscenti super villam Burczyce in Palatinatu Russiae
Terra et Districtu Praesenti Premysliensi iacentem ser-
vit et competit, nec non de eisdem ipsis Bonis praedictae
Villae Burczyce, tum et de Privilegiis quibusvis Origi-
nalibus, Decretis Commissorialibus, Lustrationibus, Li-
teris gratiarum, Iuribusque et Dispositionibus qui-
busvis, Bona eadem quovis modo afficientibus atque
summis pecuniariis in eisdem Bonis modo quovis hae-
rentibus vel ex taxa Commissariorum provenien. cum
omni praemissorum Iure, Dominio, proprietate, compe-
tentiaque et praerogativa quavis, omnibusque et singu-
lis Privilegiorum ac Iurium Originalium Bona
memorata afficientium, Iurisque praesentis cessi Condi-
tionibus, punctis, clausulis, articulis, ligamentisq
ac nexibus in Universum omnibus, Bonorum quoque
eiusdem Villae Burczyce et summas in eisdem Bonis
haerentis, utilitatibus, fructibus, proventibus, reditibus,
Commodis, emolumentis, obventionibusque quibusvis

1814

attinentiisque et pertinentiis generaliter Universis nihil ex praemissis, Iuris, Dominii, proprietatis ac cuiusuis competentiae et praerogatiuae pro se Recognoscente suisque Successoribus, aut quopiam alio reseruando seu excipiendo. Verum prout praemissa Bona, se in suis metis et Limitibus ab antiquo extendunt et protenduntur, et prout eadem Bona ipsamet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat, ipsamque concernebant, ac eidem Legitime seruiebant. Iam ex nunc et de facto Generosis Victorino de Zmigrod Stadnicki Subdapifero Palatinatus Belzen[sis] et Teresiae de Tomislawice Coniugibus Legitimis (accepta ab ipsis pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione) cessit et condescendit, prout praesentibus cedit et condescendit, omneque et integrum Ius suum sibi ad praemissa seruiens in Personas eorundem Generosorum Victorini de Zmigrod Stadnicki Subdapiferi Palatinatus Belzen[sis] et Teresiae de Tomislawice Coniugum Legitimorum Cessionariorum suorum totaliter et plenarie transtulit, transfudit, et incorporauit, prout transfert, transfundit et incorporat per praesentes. In quod quidem Ius praesens cessum praemissorum omnium et singulorum iam ex nunc et de facto memorata Recognoscens, suprascriptis Generosis Victorino de Zmigrod Stadnicki Subdapifero Palatinatus Belzens[is] et Teresiae de Tomislawice Coniugibus Cessionariis suis coram Officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamque Possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos, die quacunque voluerint Officiose accepturam.

1815.

Per ipsos Generosos Victorinum de Zmigrod Stadnicki et Theresiam de Timestawce Coniuges Cessionarios suos, sociliem Ius praesens Cessum praemissorum omnium et singulorum, cum Vniversis eorundem vtilitatibus et vsufructibus, competentiaque et praerogatiua quauis tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice vtifruendi, ad suosque quosuis beneplacitos vsusfructus libere et effectualiter conuertendi praefati Iuris Originalis ea omnia latius in se complectentis, praesentisque cessi et transfusi vigore.

Stadnicki & Hanska Roborant

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosi Victorinus de Zmigrod Stadnicki Subdapifer Palatinatus Belzensis ab vna, et Anna Hanska, Generosi olim Gaspari Hanski Consors derelicta Vidua, parte ab altera; sanimentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter, et plenarie incorporando atque subiiciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognouerunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi sibi mutuo et inuicem, vna Pars altero, ac Posteris vtriusque Partis, se ac suos Successores, in et super Bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniariis quibusuis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus Scriptum certum manuale inter se Recognoscentes, ratione certarum rerum et Conditionum in eodem Scripto manuali 753